



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

V. Erzbischof Rupert von Magdeburg verkauft der Stadt Burg die Zoll- und Handelsfreiheit in Magdeburg, am 7. Juli 1262.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

Borch et alij quam plures. Ut autem huius ordinationis nostre constitutio rata permaneat et eternis temporibus inconvulsa, ipsam presenti privilegio bulle nostre munimine roborato duximus confirmandam. Acta sunt hec Anno Incarnationis dominice Millefimo Ducentesimo XXX^o. III^o., Datum per manum Richardi Notarii nostri, Kalendas Januarij, Electionis nostre Anno primo.

Nach dem Originale des Stadtarchives in Burg Nr. 101.

V. Erzbischof Rupert von Magdeburg verkauft der Stadt Burg die Zoll- und Handelsfreiheit in Magdeburg, am 7. Juli 1262.

In nomine domini Amen. Ropertus dei gratia sancte Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus, omnibus in perpetuum. Si recordatione quid dignum inter mortales agitur, ne per oblivionem id pereat, est necesse ut scripture testimonio confirmetur. Proponentes itaque de rite gestis notitiam futuris facere sempiternam, Recognoscimus tenore presentium protestantes, quod nos accedente communi consensu nostrj capitulj ad preparandum nostris burgenlibus de Borch, quos favore benigno prosequimur, commodum et quietem, theloneum remittimus, ad quod erant obligati Magdeburg et grauati, tam pro mercibus uenditis aliquibus quam pro emptis, profitentes deinceps a talj ipsos esse liberos perpetuo et exemptos, excepto censu teatj, husmede dicto vulgariter, qui est de panno dimidius denarius unoquoque. Verum ut exinde nostra nullum patiatum dispendium ecclesia siue dampnum, Burgenfes superius memorati ducentas marcas magdeburgensis ponderis et monete nobis et nostre ecclesie refuderunt, quas in tales usus conuertimus manifestos. Centum enim marcas domino Alberto de suanebeke soluimus redimentes Oysvelt castrum cum opido ab eodem, Reliquas uero Centum expendimus ad curiam regis indictam apud Herbipolim nos una cum nostris hominibus profecturj. Ne autem super donatione libertatis hujusmodi aliqua dubietatis suspicio possit orij sepe dictis ciuibus in futuro, conscribj fecimus presentem litteram nostri nostrique capituli sigillorum roboribus communitam. Testes ad hoc rogati sunt qui et presentes aderant Richardus de Tserwift pincerna curie magdeburgensis, Rudolphus de vrekeleue, Johannes de hardesdorp, Henricus aduocatus dictus de Niendorp et ceteri quam plures. Datum magdeborch, Anno domini M. CCLXII, Nonas iulij, Pontificatus nostri anno secundo.

Nach dem Originale des Stadtarchives zu Burg Nr. 29.